

Band I., Nr. 258, Seite 324-327

Kaiser Heinrich IV. bestätigt der Kirche zu Speyer und deren Bischof Johann alle von seinen Vorfahren und ihm selbst dahin verliehenen Besitzungen und Freiheiten.

Speyer, 1101. April 10.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus, divina favente clemencia tercius Romanorum imperator augustus. Quoniam sanctorum interventu, si deo sanctisque eius dignam venerationem impendimus, nostri imperii honorem in presenti corroborari et in futuro beate glorie coronam nobis preparari credimus, deo sanctisque eius humile et devotum obsequium exhibere satagimus. Beatam igitur Mariam, quam reginam esse scimus angelorum, que mundo edidit salvatorem, pre ceteris post deum venerantes, ecclesiam Spirensis, in honore ipsius a nostris parentibus, avo videlicet Conrado et patre nostro Heinrico imperatoribus augustis, in eadem ecclesia consepultis, devote constructam et dotatam, nos quoque ditare, sublimare prediis, familiis, ornamentis, diversisque operibus magnificare in honore dei et sancte Marie devote studemus. Quoniam autem excellentius ecclesie ornamentum in vivis lapidibus, id est in clericis literatis, morigeratis, discretis, religiosis esse scimus, ipsosque in nulla ecclesia sine cottidiane stipendio prebende stabiliter deo in divini officii constitutione posse servire videmus; idcirco summum nobis est votum, omnes ubique clericos, precipue nostros speciales in nostra speciali sancta Spirensi ecclesia, omnibus modis iuvare, ditare, honorare. Confirmamus igitur quicquid ab avo nostro Conrado imperatore augusto predictis fratribus ad prebendam datum est: Johanningen¹ videlicet, cum omnibus ad eandem curtem pertinentibus, et quecunque eis genitor noster ad prebendam contulit, videlicet Niugertingun², Rodenuelis³, Badun, Mindelenheim⁴, Locwilri, Schiuerstadt cum decima, Nustorph, Spirechischeid⁵, Luterbach⁶, Salunbach⁷, Cruczenach, Pillungesbach⁸, Luoch cum omnibus ad has curtes pertinentibus, et quod nos quoque addidimus, ad prebendam quidem: Eppingun, Eschinewach, et quicquid ad has curtes pertinet, excepta abbacia in

¹Jöhlingen, Walzbachtal, KA.

²Nürtingen, Nürtingen, ES.

³Bad Rotenfels, Gaggenau, RA.

⁴Mundenheim, Ludwigshafen am Rhein, LU.

⁵Schaidt, Wörth, GER.

⁶Ober- bzw. Niederlauterbach, Dep. Bas-Rhin, Frankreich.

⁷Salmbach, Dep. Bas-Rhin, Frankreich.

⁸Vielleicht Büllesbach, Hennef (Sieg), SU.

II

Eschinewach, quam Spirensi episcopo tradidimus, ad oblationem vero: Beienstein pro anima filie nostre Adelheith in Spirensi crypta sepulte, Sulicho etiam, ut servitium inde cunctis fratribus Spirensis civitatis et elemosine pauperibus in anniversariis avi nostri Conradi et ave nostre Gisele et patris nostri Heinrici festive donentur. Horum omnium prediorum traditionem, a nobis et a parentibus nostris imperatoribus augustis factam, cum omnibus que ad eadem predia aliquo modo pertinent in diversis utriusque sexus mancipiis, terris, vineis, ecclesiis, decimis, theloneis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, pratis, piscationibus, venacionibus, exitibus et redditibus, omnibus horum prediorum utilitatibus, pro nostre omniumque nostrorum anime remedio renovamus, et nostre imperialis auctoritate dignitatis corroboramus, ea videlicet ratione, ut que ad prebendam determinata sunt, ad prebendas inde fratribus disponendas prepositus sub suo iure habeat, que vero fratribus ad oblationem data sunt, ea per se fratres libere amministrent. Si vero aliquid sibi et ecclesie vel per commutationem vel per venditionem utilius inde facere possunt, hoc quoque secundum ecclesiasticam consuetudinem fieri concedimus. Si vero, quod absit, episcopus aliquid de predictis prediis, vel sibi usurpaverit, vel in beneficium alicui donaverit, et bis vel ter a nobis admonitus emendare noluerit, sicut parentes nostri Conradus et Henricus imperatores augusti sanxerunt, ita et nos decernimus, ut videlicet dimidiam libram auri ad altare sancte Marie donemus, et predium fratribus iniuste ab episcopo subtractum in nostros usus libere recipiamus, et de eo, sicut de alio hereditario nostro allodio, quicquid nobis placuerit faciamus. Eandem etiam legem nostris heredibus in omne posterum tempus relinquimus, et constituimus, ut, si pro ipsorum secunda vel tertia admonitione Spirensis episcopus predicta predia, vel sibi usurpata, vel in beneficium alicui data, fratribus restituere noluerit, heredes nostri dimidiam libram auri ad altare sancte Marie donent, et predium fratribus iniuste ab episcopo subtractum in suos usus libere recipiant, et de eo, sicut de alio hereditario suo allodio, quicquid sibi placuerit faciant. Eisdem etiam nostros in Spirensi ecclesia canonicos claustrales libertate iuris ab antiquo constituta et a regibus Hilderico, Ludwico, Dagaberto, et ab imperatoribus Karalo, primo Ottone, filioque illius Ottone, tertio Ottone, Henrico Babenbergensi, eis data et confirmata, nec non ab avo nostro Conrado et a patre nostro Henrico imperatoribus augustis renovata et incorporata, interpellante et orante serenitatem nostram fidei nostro Iohanne venerabili Spirensis ecclesie episcopo, nos quoque honoramus et donamus, ut videlicet unusquisque Spirensis ecclesie canonicus, sive nobili vel humili genere ortus, sive sit sanus sive in lecto egrotus, sine consensu sui advocati et heredis, liberam habeat potestatem, allodium suum et familiam fratribus pro remedio anime sue absque omni convulsione donandi. Liberam etiam habeat potestatem, curtem claustralem, cuicumque fratri voluerit, et

III

nulli alii, coram tribus vel duobus fratribus, sive sit sanus sive in lecto egrotus, absque omni convulsione donandi. Liberam etiam habeat potestatem, pecuniam suam, vinum, frumentum, vestes, equos et omnem suppellectilem suam, et quicquid mobilis rei possideat, insuper prebendam suam per annum post mortem suam cuicumque mortalium sibi placuerit, item coram tribus vel duobus fratribus absque omni convulsione donandi. Si vero, antequam quicquam de rebus suis disposuerit, morte preventus fuerit, fratres pellicias, suppellicia, tunicas, camisas, et quodcunque vestimentum linguam habet, et lectum, cum lectisternio et lintheamine et coopertorio, sive pellibus si coopertorio caret, et quibuscunque vestibus in claustro et ad chorum utebatur in suos usus recipiant, et de prebenda illius per annum, sicut utilius anime illius viderint, decanus cum fratribus disponat, et de reliqua eius substantia quam reliquit ipsi fratres, et nullus alius, hac ratione se intromittant, ut hereditibus, si ydoneos habuerit, totam eam, excepta convenienti serviencium ipsi remuneracione, integre resignent. Si vero ydoneos non habuerit, ipsi fratres totam quam reliquit substantiam, exceptis vestibus et aliis rebus fratribus determinatis, sicut commodius anime defuncti censuerint, disponant. Curtis vero claustralis in potestate sit episcopi, alii tamen fratri, et non alii, ab eo donanda. Quiddam tamen de illis fratribus qui obedientias ab episcopo habuerint excipimus. Si videlicet de prebendis fratrum quibus preuerint, vel de aliis rebus quod ad eos iure obediencie pertinuit, viventes non disposuerunt, fratres quidem de defuncti substantia quod ipsorum ius est recipiant, et de reliqua parte, quam Spire, sive in propria, sive in aliena curte habuit, quod neglexit suppleant, et si quid residui fuerit, vel ipsius hereditibus, vel ipsius anime, ut prescriptum est, conferant. Quicquid autem in rure in beneficio quod ab episcopo habuit reliquit, in usum episcopi cedat. Legem etiam de substantia defuncti Spirensis episcopi datam ab antiquo et a predictis regibus et imperatoribus confirmatam nos quoque corroboramus, damus, firmiter tenendam constituimus, ut videlicet, si ipse vivens bona sua non legaverit, fratres omnes vestes illius claustrales quas reliquit obtineant, cetera omnia, frumentum, pecunia, equi et quicquid mobilis rei possedit, in tres partes dividantur, et una tertia pars fratribus, una pauperibus distribuatur, una futuro episcopo reservetur. Alio quoque iure fratres nostros Spirenses civibus huius loci preferimus. Si quis illorum serviens, hospitio et convictu alicuius eorum cottidiano participans, aliquam contra ius civium iniusticiam fecerit, non in forum, neque in ius publicum, sicut alii, ex precepto tribuni vocentur, immo tribunus, episcopi in clastrum ante decanum veniens, et sibi et ei qui lesus fuerit satisfactionem postulet et accipiat; hac videlicet ratione, ut ei qui lesus est secundum ius civile componatur; tribuno vero, vel verberibus, si fratri domino peccantis placet, vel, si frater mavult servienci parcere, pecunia secundum ius civile, LX videlicet solidorum satisfactio fiat. Si vero aliquis

IV

fratrum alium neque ipsius hospicio neque cottidiano victu utentem servientem in urbe habeat, communi civium iuri subiaceat. Hoc quoque addimus, ut nullus in alicuius fratris curte, ubi ipse habitat, eo nolente hospitetur, nisi imperatore vel rege ibi curiam habente, caminata, et non stabulum neque coquina, a camerario imperatoris vel regis alicui episcopo vel abbati, et ipso fratre permittente, ibi concedatur. Sancimus etiam, ut curtes fratrum in quibus ipsi habitant, ita sub firmissima consistent immunitate, ut, si forte vel urbis prefectus, vel tribunus, vel alius aliquis edes vel curtem alicuius fratris in quibus habitat, vel violenter irruperit, vel aliquem ibi ceperit, vel in aliquo leserit, secundum legem immunitatis episcopo sescentis solidis, cum episcopali banno triplici, et ei qui lesus est triplici ipsius compositione componatur. Si vero aliquis fratrum aliquem forensem vulneraverit, vel spoliaverit, vel in aliquo leserit, non ob hoc vel a prefecto vel a tribuno capiatur, set ipsa questio ad decanum et ad alios fratres deferatur, et ei qui lesus est ab eo qui peccavit secundum iustitiam componatur. Ipse vero vel acri corporis disciplina, vel ieiunio, vel utroque, pro qualitate criminis, longo vel brevi affligatur, neque claustrum exire ante dignam satisfactionem ei permittatur. Si vero, vel in huius, vel in cuiuslibet alterius criminis emendatione decano et fratribus aliquis frater inobediens fuerit, de claustro a decano eiciatur, prebenda ei auferatur, ipse tamen nihilominus usque ad sex septimanas, si forte resipiscere velit, expectetur, et si misericordiam usque ad hoc spatium quesierit, a decano et fratribus in primis penitentia inobedientie recipiatur et postea prescripto iuri penitentiae subiaceat. Si autem infra sex septimanas redire contempserit, res ante episcopum deferatur, et ei coram episcopo, communi omnium fratrum iudicio et conseusu, prebenda abiudicetur. Et ut hec traditio et corroboratio, tam de prediis quam de iure prescripto, in omnes retro generationes stabilis et a nullo unquam vel imperatore vel rege vel episcopo sive aliquo mortali dissolvenda permaneat, presentem cartam nostri sigilli impressione insigniri precepimus.

Signum domni Heinrici tercii Romanorum imperatoris invictissimi.

Humbertus cancellarius vice archicancellarii recognovit. Data IIII. ydus Aprilis, anno ab incarnatione domini millesimo centesimo primo, indicione VIII., regnante Heinrico tercio Romanorum imperatore augusto anno XLVII., imperante autem XVI. Acta Spire in Christi nomine, ad salutiferam memoriam Heinrici tercii Romanorum imperatoris augusti feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck erfolgt nach dem sog. *Liber Obligationum* oder Codex maior Spirensis des 15. Jahrhunderts, Bd. 1, fol. 150, im GLA Karlsruhe.

Vgl. zu dieser Urkunde und der Urkunde Nr. 262 (S. 331) die umfassende Besprechung bei JULIUS FICKER: Beiträge zur Urkundenlehre, 2 Bde., Innsbruck 1877-78, Bd. 1, S. 168 ff. sowie Bd. 2, S. 136, S. 171 ff. und S. 297, wo ausgeführt wird, dass die Urkunden erst nach dem am 7. August 1106 erfolgten Tod des Kaisers Heinrich IV. gefertigt sein können, und zwar nach Konzepten, die sich nicht auf den Text beschränkten, sondern denen die genauere Angaben von Protokoll, Kanzlei, Zeit und Ort bereits zugefügt waren.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/449 fol. 150 v - 152 r

Editionen:

FRANZ XAVER REMLING (HRSG.): *Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe zu Speyer*, 2 Bde., Mainz 1852-53. [ND Aalen 1970], Bd. 1, S. 74, Nr. 258. ALFRED HILGARD: *Urkunden zur Geschichte der Stadt Speyer*, Straßburg 1885, S. 14, Nr. 13. MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, Bd. 6: *Die Urkunden Heinrichs IV.*, bearb. von Dietrich von Gladiss und Alfred Gawlik, Berlin (Teil 1), Weimar (Teil 2) bzw. Hannover (Teil 3) 1941-78, S. 629-632, Nr. 466.

Regesten:

CARL GEORGE DÜMGÉ: *Regesta Badensia*. *Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienenen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür.*, S. 131, Nr. 83 (Urkunde sei verdächtig). OTTO DOBENECKER (HRSG.): *Regesta diplomatica necnon epistolaria historiae Thuringiae*, 6 Bde., und zwei Namensverzeichnisse, Jena 1895-1939, Nr. 995. KLOSTERARCHIV: *Regesten und Urkunden*, 7 Bde., Marburg 1913-77 (Kommission für Hessen und Waldeck, 9), Bd. 1, S. 5, Nr. 4. KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: *Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit*, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: *Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, Nr. 2950.*

Literatur:

JULIUS FICKER: *Beiträge zur Urkundenlehre*, 2 Bde., Innsbruck 1877-78, Bd. 1, S. 168 ff. sowie Bd. 2, S. 136, S. 171 ff. und S. 297.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Speyer

Ortsindex:

Bad Kreuznach, KH
Bad Rotenfels Wohnplatz (5727)
Bad Rotenfels, Gaggenau, RA
Bamberg, BA
Beinstein Wohnplatz (1617)
Beinstein, Waiblingen, WN
Büllesbach, Hennef (Sieg), SU
Eppingen Wohnplatz (1919)
Eppingen, HN
Eschwege, ESW
Jöhlingen Wohnplatz (5482)
Jöhlingen, Walzbachtal, KA
Lochwiller, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
Lug, PS
Mundenheim, Ludwigshafen am Rhein, LU
Niederlauterbach, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
Nußdorf, Landau, LD
Nürtingen Wohnplatz (421)
Nürtingen, ES
Oberlauterbach, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD
Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)
Salmbach, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
Schaidt, Wörth, GER
Schifferstadt, RP
Speyer, SP
Spirkelbach, PS
Säckingen, Rottenburg am Neckar, TÄœ, W

VIII

Sülchen Wohnplatz (16189)

Sülchen, Rottenburg am Neckar, Tü